spem impletum. per apostolicam predicationem
receptum. per euangelicam fidem consecratum.
per christi sanguinem ordinatum. ad futuram
resurrectionem. quis non cum omni religio
ne et uotiuo pauore suscipiat. quippe
cum scriptura dicat. pasca est domini.
hoc est passio domini. qua passione redemp
tus est mundus. prostratus est diabolus.
clarificatus est christi triumphus; Hoc est
in quo uenerabile ac salutiferum sacra
mentum pasce. quo sol iusticie christus.
mortis quidem occidit lege. sed noui
nobis diem sole clariorem resurgendo
monstrauit. quo inmitis infernus horru
it. quo resurgente christo. celum patuit.
Hoc ergo tanti muneris sacramentum qui
legitima obseruatione celebrat. con
sors est apostolorum. socius prophetarum. implet le
gem. custodit euangelicam fidem.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Universiteit Leiden
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitaire Bibliotheken Leiden
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ublei_bpl196/0112